

Publicianus
Tarisia

Lady Printers
1492


1.11.1



DE LIBERORVM EDVCATIONE. ::

IOANNIS BAPTISTE VRANII CARMEN AD LECTOREM

Qui cupit insignes charissima lumina natos
Reddere: facundum: nobile discat opus:
Quod comes haud multa uigilauit nocte Iacobus
Qui iulii existit lilia pura fori:
Ille uiris certare potest sermone uetustis:
Testantur multi pagina culta libri:
Ille docet Veneti clauum regin enq; senatus:
Ille docet cælo quæ uia tuta ferat:
Ille docet castam: mortales degere uitam:
Ille docet quo sint regna tuenda modo:
Nec te piscator: nec te uenator & anceps
Præteriit: sed quid singula commemoro?
Huic multum debes romanæ gloria linguæ:
Nanq; tuas scriptis pluribus auxit opes:

II.

IACOBVS COMES PVRLILIARVM CLARISSIMIS AC ORNATISSIMIS CONREGVLIS SVIS: SALVTEM.

q Vum maiorum nostroꝝ nō minus magnifica q̄ gloriosā gesta memoriā repeto: uiri clarissimi: quæ tot quidē tantaq́ꝫ fuere: ut non doctos solum codices: sed & ueracissimoꝝ quoq́ꝫ uiroꝝ ora compleuerint: nequeo ꝓ fecto nō mirari maximā uel nostram: uel parentum nostrorum negligentiā: ac inertē (ut uerius dixerim) ignauiam: qui cū optima haberēt ingenia: ac satis honestas diuitias possiderēt: cumq́ꝫ suoꝝ maioꝝ q̄ plurima monumenta intuerent̄: quæ maximo etiā uirtutis præmio donata fuerāt: non summa tamen ope nixi sint: immortalem eoꝝ famam: aut totis uiribus adequare: aut saltem illoꝝ quempiam eligere: cuius eximias uirtutes ꝓ uirili sua imitantes: sibi magno potius dedecori: q̄ honori eius gloriā fore arbitrarent̄: nisi doctrina: moribus & uitæ sanctimonia atq́ꝫ integritate eos antecellerent: quos etiā hoc in opusculo breuiter referrem: nisi libellum de eoꝝ uita ac gestis propediem edere decreuissem. Inde nō immerito sequebat̄: ut unde a maioribꝰ nostris aberratum erat illhuc a nobis minoribus iter flectendū eēt Nam si parētes nostri hæc facere neglexerunt: quæ nos

etiam hactenus pretermisimus: discamus saltem imposterum cautius negociari: ne tanq̃ peregrinantes uitam silentio transeamus: ac ueluti pecora corpori indulgẽtes tempus amittamus: quo nihil est detestabilius: nihil libero uiro magis indignũ. Quod si nosmetipsos honorem ac famã nostram contemnimus: saltem nobis curæ sint liberi nostri: ut in optimos ac præstantes uiros euadant: quod maxime fieri poterit: si tenella in ætate bonis artibus imbuti fuerint. Vt hoc autẽ facilius confici possit reguli magnanimi: opusculum hoc incultum: inornatum: ac breue: utile tamen perlegatis: ac eius præcepta exequi pro uiribus curetis. Nam si hoc feceritis: uobis filios uestros: omni uirtute ornatos: omniq; integritate præstantes forę polliceor: quoniam in eo q̃ plurima cuiuscũq; ætatis uiro generoso digna reperietis: ex quibus non solum a superis æternum bonũ: sed in hac etiam uita perpetuam gloriã acquirere poteritis. Sed quid plura? Iam opus ipsum fœlici sidere aggrediamur.

IACOBI COMITIS PVRLILIARVM DE GENEROSA LIBERORVM EDVCATIONE OPVSCVLVM NON MINVS IVCVNDISSIMVM QVAM VTILISSIMVM.

.III.

a D liberalem generosi pueri educationē: licet multa quidem obseruāda sint: nihil tamen magis ꝙ ipa institutiōis initia a parētibus animaduertēda esse oēseo: nā ut optima in cuiusq rei ædificatione iaciēda sunt fundamēta ita hac in prima hoīs ætate: filii diligēter nutriēdi sunt. Summo etenī studio: omniq cura parētes eniti debent ut filii sui bene optīeq educenē: nā quis dolor? quis mæror? quæue sollicitudo maior eē posset: ꝙ filios deformes oīq prorsus uirtute carētes habere? Sed si diligētiā curamq: maxime hac ī prima filiorꝫ suorꝫ ætate adhibere uoluerint: & pulchros quidem: & splendida uirtute ornatos habebūt. Hoc ꝓfecto est certius uitæ præsidiū: ꝙ diuitiæ quæ fluxæ fragilesq sunt: & ut ī talari ludo contingit huc illuc facile transeuntes.

DE OBSTETRICE

Studeant igiē parentes in primis obstetricē cæteris præstantiorē habere: nā plerunq earꝫ impitia sterilescunt uxores: necnō & filii aliquādo abortiui: quandoq aūt deformes nascunē: quod ꝗcunq in re pagenda: magni nescio quid nocumenti mortalibus afferre solet: nā quo quisq pulchrior est: eo magis uirtus ī illo refulgeat: necessum existimaē: profecto enī turpe sibiipe duceret bone indolis puer: optimā de se spem habentes decipere? Quod si forte sinistro sidere deformibus eis nasci con-

tangat: scientiis saltē ac uirtutibꝫ pulchros se reddere cu-
rent: pomorꝫ quoddā pcipue genus imitātes: que sub as
pero cortice suauem habent saporem.

DE NVTRICE.

Non minori etiā cura nutrix inueniri debet: non ebria
nō lasciua: nō ore balbutiēs: sed quæ sobria: casta: & ex-
pedita lingua sit: ac si fieri potest: egregiis etiā parētibꝫ
orta: patriæq́ grata sermone: quæ scilicet meꝝ foroiulia
nū aut Brixianū nō habeat idioma: nam in maribꝫ ta
lis sermo prorsus cōtemnēdus est: licet in mulieribꝫ tan
tum. foroiulianus nescio quid uenustatis: & maxime in
iuuenculis habeat.

DE ANCILLIS

Nō minus etiā circa ancillas studium adhiberi debet:
nā plerunq́ ex re & uerbis q̄ impudicissimæ repiunť: a
puerisq́ minime cauent: sed corā eis lasciuissima uerba
proferūt: & turpissima quādoq́ etiā facta pagūt. Qua
re ꝑ uiribꝫ nitendū est q̄ probatissimas ac moratas illas
habere: nā quæ pueri in tenella ætate uidēt uel audiūt:
nūq̄ fere obliuiscunť: sunt eī tanq̄ tabulæ rasæ: uel pari-
etes dealbati qui primos melius colores q̄ alios recipiūt
ac sicut lanaꝝ tincturæ: quibꝫ simplex ille cādor muta-
tus est: nunquam inde elui possunt: sic uirtꝭ color qui
primis ānis ibibiť absq́ substātiæ læsiōe nūquā euelliť.

DE FAMVLIS

.IIII.

Maius tamen circa famulos studiũ adhibendũ censeo: quem frequentius cũ eis pueri uersant̃: eorumq̃ mores seu bonos seu malos ex quottidiano usu imitari solent. Probibendumq̃ illis ne iurẽt: aut conuitia pferãt: nec praelium cum aliquo: coram pueris committãt: nam uidi aliquando eos parẽtes ex causa comitiali morbo correptos. In primisq̃ cauendum ne uerbis lasciuis utantur. Cõcubitus etiã parentes corã filiis quãmaxie fugiant: a ceterisq̃ detestabilib' morib' abstineãt: nã filii parentum instituta aut pba: aut reproba fuerint: instictu quodã naturali facile imitari solent.

DE PRECEPTORE.

Exacto autẽ quinquennio: liberis uestris praeceptorem inuenire: maxime uobis curae sit pientissimi parentes: quem bonis potius moribus praestantem: quã litteris eruditum exopteris: neq̃ ad publicas scholas eos hac ĩ prima sua aetate mittendos censeo: sed domi praeceptorẽ habete qui filios uestros nõ bonis tantũ artib': sed & sanctis quoq̃ morib' instituãt: nã in publica auditoria cõplures cuiuscunq̃ generis pueri confluunt: & cũ ignobiles aut pauperes eandem in puerorum suorum educatione curam habere: nec soleant nec possint: quam nobili genere nati seu diuites habent: hinc efficitur ut generosi adolescentes: suis optimis moribus amissis: aliorum quampessimos imitentur. Proniores enim

ad malum quam ad bonum: cuiuscunque ætatis homines sumus. Hæc de prima hominis ætate dixisse satis sit. In secunda autem ætate pueri: quia delicti capaces esse incipiunt: ad bene agendum: cultumque diuinum seruandum: optime instituidebent: ut eis in primis bonum æternum paretur: cuius exigua pars: omnia humana simul collecta: certe superat. Sint ergo quam probissimi: nam probitas excelso in loco positis maximæ admirationi esse solet: quia rara. Præceptores igitur pueros ad templum singulis diebus educant: quia talis bene agendi habitus facile in naturam conuertetur: unde nec uoluptas aliqua poterit eos in futurum a studio remouere. Præterea quod in sermone rari ac parci sint prouideant: alias mentiri discent: quo nihil turpius est iuueni & ei maxime: qui excelsiore loco ætatem agit: cuius nullum neque dictum neque factum latere potest: nihilque magis maiorum aures offendit quam mendacium. Sed inter hæc omnia uirtutis studia aliqua etiam remissione utendum est: hinc præceptores: diebus etiam singulis ad duas saltem horas corpus exercere cum æqualibus pueris concedant: ut eorum ingenium ex nimio forte studio fessum: aliquantisper reficiatur: quod multum etiam natu maioribus conferre compertum est. A uino etiam nimio pueri arceantur: nam & bonæ ualitudini inimicum est & uires corporis & ingenii pariter eneruat. Parentes itidem caueant ne filii sui cum pueris rusticis aut plebeiis nimium uersentur: nam eorum natura est semper aliquid rusticitatis præ

se ferre: quae facile duellis animis imbibita nunq̃ deinceps abolescit.

DE PVERORVM LVSIBVS.

Sed puerorum ingenuorum ludi utiles ac laudabiles huiusmodi existãt: cursu & saltu cum aequalibꝰ contendant. Folli etiã: aut trigonali pilae quãdoq; indulgeant: hippodromũ nonnunquã conterãt: ac omnẽ deniq; ludũ: quo corpa exerceant̃: nõ inutilem ac spernẽdũ cẽseãt. Deambulationem quoq; certam ad metam eis conferre: haud improbandum erit.

DE CVLTV PVERORVM.

Vestimentorum aũt habitu & ornatu obseruabiles sint: sed iis modus minime excedat̃. Summum enĩ dedecus esset: adolescẽte aetate: eodẽ ornatu cultuq; eos incedere At exacto decẽnio: publicas ad scholas accedãt: Ciceronis epistolas audiãt: his studeãt: has sibi familiares faciant: bibãt edãtq; cũ illis: quũ otiũ suppetit: has semꝑ legãt: his & loquẽdo & scribẽdo semꝑ imitari nitant̃. Maiori etiã cura: Crispũ Salustiũ historicorum principẽ in manibꝰ habeãt: foueãt: amplectant̃. nã in nobiliũ uirorũ coetu: & illustriũ consiliis: ob utiles & crebras eius sentẽtias: multum eis honoris & laudis afferet Liuium quoq; ꝑlegere & coeteros historicos: nõ erit inutile: sed oẽs familiares habere minime possumus: sicut nec homines: nã amicos cõplures: familiares aũt paucos habe-

mus. Illud tamen ex multorum codicum lectione conficitur nam profecto ex litterarum studiis: si boni natura sunt uiri: meliores: si mali: deteriores fiant necesse est. Natura uero bene agendi habitu facile uincitur: qui nihilominus magnis laboribus: summis uigiliis: extremis demum difficultatibus comparatur. Quod si nihil aliud: hoc unum saltem a studio commodum habemus: nam dum ei attenti sumus: a quam plurimis rebus auocamur: quas aut sine turpitudine cogitare: aut recordari absque magno dolore non possumus.

DE LVDIS ADOLESCENTIE

Huiusmodi praeterea aetati alios etiam ludos post talem literatorum operum lucubrationem: longe quidem a prioribus distantes: remissionis gratia constituendos existimo: ut scilicet balista: arcu: scorpionibus contendant: talis enim nobilium hoc tempore forouilianorum mos: summa cum laude celebratur. Praemia uictoribus ponantur: scuto & gladio insignes fiant: equitent aliquando: & uenationes ament: haec quidem generoso uiro digna fuerint. At choreas ducere: personari: testudinem pulsare: nisi ad poeticam accommodentur: hoc lenonum: hoc plebeiorum sit: nam & nequitia & ignauia ex musica: praesertim hoc tempore exoriri solent. In primisque cauendum est ne cum mulieribus pueri frequententur: aut cum illis saepius edant: seu ne molles fiant apud eas diu uer

sentur: nam cum iuuenilis ætas libidinibus continuo
estuet: & uictus & cibi sodalitium quoddam impudi-
ci amoris & beniuolentiæ affert incrementum. Præte-
rea caueant parentes ne liberi sui facili ex causa iurent
quia si hoc in habitum ueretur: crebro periuri fient. At
si quis in ciuitate reperiatur: aut eloquentia pollens: aut
armis illustris: seu doctrina quãpiam excellens: is sem-
per eorum ante oculos ponatur: huiusmodi nanq; ui-
rorum exhortationibus: talis egregio iuueni flamma in
pectore crescet: quæ prius sedari non poterit: quã suapte
uirtute & gloria talium uirorum famam adæquauerit.
Superstitis enim uiri magis q̃ mortui fama ad uirtutem
impellit: nam quemadmodum & uiua uox nescio quid
in se habet latentis energiæ ut efficacius: q̃ ea quæ legũ
tur in audientium uiscera penetret: ita & uiuentis uiri
fama tenacius hæret: fortiusq; ad uirtutem accendit: q̃
mortui. Vnde imitari quam inuidere bonis malint: quo
rum dicta seu facta ut frequentius ante suæ mentis ocu
los exposita considerent: curæ parentibus etiam sit: eos
ad forum frequenter secum ducere: in quo lites & con
trouersiæ plurimæ uersantur: ut peritissimos uiros: tam
dicentes q̃ respondentes audiant: nam inde & natura-
les rationes: quæ in medium utrinq; deducunt: & pul-
chros etiã corporis motus: ac cuiusq; ordinis uirorum quæ
sit habẽda obseruãtia: facile discent: hominumq; multitu-

dinē nō pℏorrescēt. Intersint quoqꝫ: quū ab eis publice oratio uel sermo habēdus erit: uel disputatio sustinēda quæ acuit īgeniū: linguā erudit: mēoriā cōfirmat. Nec nō publicis etiā ī cōsiliis: eos secū frequēter habeāt: quā tū fieri poterit ī amicoꝝ cōfabulationibꝫ occupēt: in ꝓbatissimoꝝ uirorū tā dictis q̄ factis obseruandis fatigēt ac deniqꝫ nunq̄ eos sine negocio aliquo eē patianꝫ: ne eorū elatus egregiusqꝫ animus īertia aut ignauia corrū paꝫ: quod quidē grauiter dolēdū: multisqꝫ lachrymis ꝓsequēdū eēt si accideret: cuius sane rei nobis exēplo sit ager natura fertilis: qui si sine cultura habeaꝫ citius q̄ sterilis: herbas īutiles gignit: hæc me iudice ad q̄rtū decimū ānū usqꝫ: generoso adolescēti necessaria sūt. Quarto aūt decimo anno exacto: q̄lis adolescētiū uita futura sit: maxima a parētibꝫ cura adhiberi debet. Alia sacerdos: alia miles studia petūt: alteroqꝫ istorū tantū: clarus & īmortalis generoso sanguīe natus fieri potest. Cognoscēt aūt parētes ex aī magnitudīe: prōptā liberorū suorū audaciā: uel cōtra ex religioso quodā mētis affectu: īgeniiqꝫ māsuetudine: an flamīes: an milites potius fieri debeāt.

DE SACERDOTIBVS.

Si igiꝫ iuuenes ad sacerdotiū aspirauerīt: iuri diuīo: oī cura: oīqꝫ studio incūbere debēt: nā talis scīa ī sacerdote magis q̄ ī cæteris hoībꝫ fulgere debet: nulloqꝫ mō flaminiæ dignitati sacerdotes idonei cēsēꝫ absqꝫ iuris dīni pe

ricia: nā si animaꝝ custodes dicunᵗ: quo nam potissi-
mum pacto eaꝝ morbos sine pōtificii iuris sciētia repel
lere poterūt? ignarus enī pecudū custos cōplures sæpius
oues amittere solet. Videmus etiā impitia medicorum
quottidie multos mortales uitā miserrime finire. Audi-
ui quoqꝫ ipe quod etiā dieb⁹ nostris cōtigit: parua ma-
nu maximū impitia impatoris exercitū fusum fugatūqꝫ
fuisse: quæ oīa mala fortasse nō euenirēt: si in iis eēt scīa
quoꝝ ea res ē in manu. Plura quidem & alia sup hac
re adduci possent exēpla: quæ tamē silētio pterēuda eē
sentio: cū de re minime dubia disseratᵗ. Studeāt igiᵗ sa
cerdotes & bene discere: & ex doctrinæ suæ lucubrati-
onib⁹ q̃ optime facere: hoc summi uiri: hoc excellētis in-
genii officiū est. Perfecto autē iuris diuini studio romā
petendū esse iudico: ubi fons est pōtificie dignitatis: ubi
uirtuti pmia danᵗ: ubi deniqꝫ uirtus ipa maxime enite
scere potest. Ibi foꝝ quottidie frequentēt: in pares sui or
dinis uiros q̃ maxīe liberales existāt. diuitias neqꝫ cupi
ant: neqꝫ uoto pcenᵗ: nisi ad liberalitatē in oēs tuendā:
si aulæo carere dolore & molestia uelint. Sed eorum in
primis laudāda facilitas erit: quū in oēs se affabiles: pla-
cidos: tractabilesqꝫ reddiderint. Illud autē modis oībus
conficere laborent: ut p multoꝝ gratiā & amicitiā ini
re possint: hoc enim multum ad huiusmodi dignitates
capessendas eis proderit.

DE MILITIBVS

Quod si post habita religione degerint potius liberi armis: q̃ maxime illustres esse: sub peritissimis fortunatisq; potissimũ imperatoribꝰ stipendia facere studeant: ueluti hoc tẽpore in Italia: sub Alphontio: strenuissimo calabriæ duce: qui & natura ferox ac uehemẽs: & manu apprime promptus: cum boni militis: tũ optimi imperatoris officia simul exercet: huic in regioue transalpina nõ inferior est: Matthias fœlix utriusq; pãnoniæ princeps: qui tot maximas & amplissimas urbes ac oppida pugnando cepit: ditioniq; suæ fœliciter subegit: ut mirꝝ profecto sit tot negotia solũ hunc regem fausto semꝑ sidere gessisse: qui etiã tot prælia contra sæuissimos turcas cõmisit: totq; ex eis uictorias reportauit: ut iam si eorum seriẽ quis scribere uellet: maximũ ꝓfecto uolumen eius gestis replere posset: in quo conscribẽdo: aut presso ac nitido salustii historicoꝝ principis stilo: aut opiparo & facundo Titi Liuii caractere opus esset. At ubi generosi iuuenes ad militarẽ disciplinã aditum impetrantes: imperatoris: sub quo militant: naturã satis aperte cognouerint: multo labore: multaq; cura nitantur: q̃ modestissime ei parere: nulla tam domi q̃ foris inertia uti: sed in bello suscepto audacter sæpius obuiã hostibꝰ ire: suaq; sponte aliquid ꝑclari semꝑ facinoris dese reddere. Quod si fecerint: in tantã breui claritudinem pue-

nient: quod imperatori suo uehementer chari: hostibus autẽ maximo terrori sẽp erũt. At si in prælio strenui fuerint: & bono cõsilio pollẽtes: eorꝫ neq; dictum: neq; incœptum ullum frustra erit: illud libenter audient omnes: illi obedient: illud adorabunt. Inde facile efficietur ut quem prius militem habere gaudebant: illum deinceps in ductorem exoptent.

DE OFFICIO DVCIS.

Quod si forte acciderit: ut ad militares cateruas moderandas designenẽ: tũcq; ꝑclari esse etiã ipsi duces: a militibusq; obseruati maxime cupiãt: auaritiã præcipue fugere debent: quæ corpus animũq; uirilẽ effœminat: quæue etiã si multæ bonæq; artes in hominis aĩo seu corpore fuerint: omnes tamen eas funditus delere posset. Caueant pterea duces: ne eorꝫ milites: si quos sub se habuerint furta cõmittant: hoc honori: hoc glorie eis cedet: & sic bene agẽdo: beneq; cõsulendo: oĩa eis ꝓspera euenient. At si sacerdos minoris pontificatus dignitatẽ: aut miles imparatoris officiũ adepti fuerĩt: alii mores: alia deniq; studia sunt habẽda: hoc uirilis ætas: hoc pontificum & imperantium maxima dignitas exigunt

QVALIS PONTIFEX ESSE DEBEAT

Pontifex igiẽ in huiusmodi dignitate cõstitutus: talem se gerat: ut etiã longe altiore ab oĩbus dignus iudicetur nã dignitates nõ p se ipæ claræ & magnificæ sunt: sed

perinde habẽnt: atq; eorũ qui eas sustinẽt: uirtus ẽ. Cõplures ꝓfecto uidi: nõ iisdẽ artibus dignitates petere: quibus deinde postq̃ eas adepti sunt se gessere. Primũ quidem aĩaduertimus eos industrios: supplices: modicos eẽ. demũ p ignauiã: superbiã: atq; auariciã ætatem agere: nec illud sane mirũ uideri debet: nã eos a uiciis difficile esset in potestatibus tẽperare: qui p ambitionẽ ꝓbitatem quãpiã simulauere. Nõ igit̃ immerito ab adolescẽtia (ut prius dixi) bonis moribus iuuenes instituí debent: nã facile iisdẽ artibus dignitates & ĩperia summa cũ gloria retinent̃: quibus ab initio parati sunt. Sed ubi p labore cõtinẽtia: æquitate: & munificẽtia: desidia: luxuria: iniusticia & auaricia ĩuasere: tunc dignitates: magistratus & impia ad optimũ quęq; a minus bono trãsferunt̃. Illud ꝑterea summo studio põtifices aĩaduertant: ne sacerdotes qui suo subiacẽt impio cõcubinas secã ancillarum nõie teneãt: nã quid turpius: quid ue detestabilius sacro flamini cõtingere potest: q̃ dies noctesq; totas ĩ uanis obscœnisq; meditatiõibus cõsumere? Hinc fit ut nulla prorsus diuinarũ rerũ cogitatione occupent̃: nõ diuinis uacẽt officiis: nõ orõnibus: nõ sanctimoniæ: sed polluti manibus & corde: summũ oĩum creatorẽ: in re diuina faciẽda cõtingere p̃sumãt: ad quã quottidiana q̃dam & impiẽtissima sane cõsuetudĩe: nõ religione: sed auaricia potius ducti nequiter accedunt. Vidi ego: iamq; prauus

hic in patria foroiuliana usus inoleuit: ex praesidũ auaricia: aut nimia pontificũ facilitate firmatus. Sacerdotes fere omnes qui cultui sacro uacãt: & cõcubinas & liberos etiã ex eis domi habere. Quod cum ita sit: quo tandem pacto grauissimo huiuscemõi fornicationis siue incestus crimĩe alios arguere poterũt: cũ & ipsi eodẽ morbo laborẽt? Sed hoc inde facile sequi͛tur quia cuiuscũ q̃ delicti sibi atq̃ animo suo licentiã praestitere: alterius quoq̃ libidini ueniã facile donẽt: & sic quod lachrymabile quidẽ est: ꝑditus grex cũ pastore simul in perniciem tendũt. Omitto caetera flaminum scelera: quae si singula referre uellẽ: opusculi sane nostri modũ excederẽ. Ne sint igi͛ pontifices nimiũ in indulgẽdo faciles: sed seueri potius iudices ĩ milites suos existãt: sic enĩ strenui boniq̃ fidei nostre tyrones eorꝫ flamines effi͛cient.

QVALES PRESVLVM VICARII ET SCRIBE ESSE DEBENT.

Quia praeterea uicarii & antistitũ talium scribae: quum secundũ consuetudinẽ sacerdotes suo subiacentes impe rio uisitãt: fere oẽs: contra sacros canones: pecuniam ab eis extorquere solẽt: muneraq̃ plurima ob scelerꝫ ĩpunitatẽ consequendã: frequẽter oblata recipere? Vnde animo: auaricia aegri: facile ad taliũ donatorꝫ xenia praecesq̃ mouenẽ: hinc delictis ignoscũt: ac delinquẽdi deinceps aditum faciliorem omnibus praestant? Prohibeãt

ideo præsules ne uicarii sui: aut tales põtificatus scribæ pecuniã seu munera a quopiã: ultra æquũ honestũq; ca piant. nã si a tali ꝓcio muneribusue abstinuerint: sacer dotes deinceps se innocẽtia potius q̃ pecunia tuebunt.

DE MILITVM DVCIBVS

Sed de flaminibꝫ hactenus: uenio nũc ad ordinẽ mili- tarẽ unde digressus erã. Igit̃ postea q̃ generosus uir op time militãdo: deq; republica sua optime merẽdo: impe- ratoriam aut aliam quãuis militarem dignitatem ade- ptus fuerit: tunc maxima cura: summaq; lucubratiõe ni tatur: ne milites scorta in castris habeant. Turpe enim esset qui uiros uincere uellent: a mulieribus superari: ac pene in carcere detineri. Scipionem etenim aphricanũ quum in Hispaniam admodum adhuc iuuenis impa- tor missus esset: primo edicto mulieres in castris ꝓhibu isse ferunt: quæ maxima ꝓfecto uictoriæ suæ causa fuit. Et quia nihil est quod magis militum animos effœmi- net q̃ otiũ: qui contra semꝑ aliquid operando magis in dies conualescant. Proinde impator cui iuratorum suo rum gloria commendata est: singulis diebus exercitum moueat: uallo fossaq; ipsum munire milites cogat: conti nuisq; uigiliis custodire moneat. At ipse uigilias om- nes castra: exercitumq; nocturnis excubiis circũeat: om nibus in rebus adsit: omnia cernat: omnia curet: neq; labore neq; somno fatigetur unquam: nam quo maior

est imperatoris: quanto militis honor & dignitas: eo magis onus ab eo sustinendum est. magisque insudandum: ut nihil penitus prætermittatur: quod ad boni ductoris officium ptinere sentiat: necnon etiam ordinem in bello milites seruare cogat: hinc modo cum primis: modo cũ postremis frequenter in medio incædat. Curetque nequis ordinem egrediatur: nam profecto lacedæmonio instituto is solus est: qui seruatus uictoriam: neglectus autem: summam classibus perniciẽ parare solet. Illud præterea minime prætermittendum est: quod semper in bello maximum attulit emolumentum: ut scilicet imperatores fidos quam maxime in hostium exercitu exploratores habere nitantur: quos ut sibi magis obnoxios reddant: pecuniis minime parcendo: assiduã studeant munificentia deuincire. Hoc enim pacto inimicorum consilia facile percipient: illisque prudenter occurrent. Sed posteaquam ad conflictum uentum est: licet æquum & iustum omne bellum esse debeat: quia tamen sic tempora uolunt: quibus sine culpa inseruiendus est. Impatores insidias hostibus tendant: quando cũ eis manus collaturi sunt: hãc enim præcipuam Hannibalis carthaginensium peritissimi ducis curam fuisse tradunt: hãc ipsius uictoriarum causam: hoc & milites orientales facere consueuerunt: qui tum militandi peritia: tum corporis robore cæteris hoc tẽpore pstantiores iudicantẽ: nã in Italia omnes iã

artis bellicæ peritia penitus extincta est: tũ ob Italorum
principum auariciã: qui militiæ pecuniã anteponunt: tũ
etiam quia ad plebeios tantũ & agricolas (heu dedecus
ingẽs) res militaris deducta ẽ: nobiles autẽ qui hæredi-
tario quodã iure in strenuissimos quidem milites: opti-
mosq; imperatores euadere possent: sine gratia: sine au
ctoritate: sine ulla deniq; existimatione: apud principes
suos hebescunt: hinc nostræ culpæ ascribendum est: si a
barbaris quottidie uincimur: quottidie in seruitutem re
digimur. Sed hæc in aliud tempus differẽda sunt: nos
enĩ non declamãdi: sed instituendi nunc officium exe-
quamur. Erit præterea callidissimi etiã imperatoris mu-
nus: quũ exhorrescẽte borea: hybernãtes milites in sta-
tionem deduxerit: nõ secordiæ ac uoluptatibus se corrũ-
pendum tradere: sed quod eo potissimũ tẽpore armis ef
ficere nõ potest: insidiis saltẽ bellum gerat: ciuitates &
oppida ad ppugnãdũ opportuna mũeribus multis: ma
ioribusq; pmissis ad defectionẽ alliciat: iisdẽq; artibus
pro uirili sua hostiũ impatores: aduersosq; militum do-
ctores flectere tẽtet: ac deniq; modis oĩbus uigilet: curet:
festinet: dũ hostẽ uincere possit. Non ea tamẽ de causa
hoc a me institutũ sit: ut ad scelestũ proditionis facinus
quẽpiã mouere uelĩ: quo nihil fœdius: nihil turpius: ni-
hil deniq; magis impiũ excogitari potest. Hinc licet ĩ-
peratores quidã militũq; ductores reperiant: qui facile

principum suoꝝ consilia prodere:ad hostes quoq; desi
sere plerunq; cōsueuerint:hoc tamen ꝑfecto adeo hor-
rendū:adeoq; nephandū delictū est quod eoꝝ famam
integram denigrat:ut nemini amplius chari esse possint:
sed proditores ab omnibus appellent̄: omniq; in con-
uentu de eoꝝ nefariis gestis publice dicat̄: hinc illud
efficit̄:ut nō immerito principes illi:qui eos in transfu-
gas suscepere:nō paꝝ sibi timeant ne tales ꝓditores ab
hostibus iisdē artibus iteꝝ tentent̄ quibus ad se defe-
cerunt. Sed ad eos sermo noster directus est:qui ob pa-
triam libertatē seruandā:nō preditores quidē sed eoꝝ
tantū proditiones amant:illasq; totis uiribus exquirunt
ut optatā tandē uictoriam pringere possint. Quod aūt
ad eam rempublicā curandā attinet: cui iam non opes
solū:sed etiā pulchrum sanguinē deuouere:curēt impe
ratores principibus suis q̄ maxime fideles esse: honestas
diuitias ingentē famam habere. Vidi ego cōplures mi-
lites exiguis opibus immortalem sibi famam comparas-
se:quoꝝ unus Venetoꝝ maximus imperator Karolus
fuit:qui modico pecuniarū adiumēto sibi ꝑpetuam ar-
mis gloriā cōquisiuit. At cōtra Robertus Veneti simili
ter ductor exercitus:adeo cupide:adeoq; auare se gessit
ut eius fama una cū corpore simul iterierit: quippe qui
spreta militia:quæ modica & paup esse debebat:nimiū
pecuniæ studiū habuit:quæ multa quidem ĩ dedecora

cum præcipitē egit: eoq; maxime tēpore: quo tū inter in clytos Venetos & illustrē Ferrariēsiū ducē: tum inter sanctissimū pontificem nostrū: ac serenissimū Apulie regem bellum gestum est: in quo prudentiam: fidē: liberalitatem & animi magnitudinem parum in se ualuisse ostendit. Talibus igitur moribus īstitutus imperator quales optimus quisq; princeps merito requirit: non humana solum apud mortales laude dignus erit: sed etiā diuina. Hinc nō ab re poeticū est figmentum: ex priuatis ciuibus: Heroas: ex Heroibus autē animales diuos creari: quos diuino penatū honore colimus.

DE SENVM VITA.

Sed nos a uirili ætate ad senectutis institutionem accedamus. Cum enim semp & ubiq; senectus apud omēs uenerabilis fuerit: cui maiores quidem nostri eundem fere honorem: quem magistratibus tribuere solebant: cū ea potissimum ætas: tum multorum temporum usu: tum humanarum rerum experientia homīes admodum peritos faciat. Maiori proinde studio: grauiориq; cōsilio gubernanda est: de qua ut cætera propositi nostri psequamur deinceps uerba facturus: quæ ad pontificem simul & imperatorem: quæue ad cuiuscunq; dignitatis uirum generosum senilia pertineant officia: uno sane cōtextu paucis absoluam. Sint igitur senes: ut de ipsis primū generaliter loquamur: huiusmodi in ætate q̄ castissimi: so-

brii: faciles: ac liberales: hæ enim quattuor potissimũ uir
tutes in probatissimo quoq; sene primum elucescere de
bent. Nã ut a Venere dicendi inicium sumam: quid in
sene turpius aut detestabilius contingere potest: q̃ uene
ri indulgere? quæ & si reliqua in ætate sine rephensio-
ne quãdoq; admitti ualet: eã tamen omnes merito omit
tendam: ac penitus fugiendam putant: tanq̃ pessimam
malorum omnium radicẽ: quæ uires eneruet: uisum he-
betet: ingenium debilitet: uitam hominis breuiorem red
dat: bonis tum animi tum corporis spoliet: ac deniq; ma
lorum omnium causa sit. Sobrietas deinde nõ minus di
ligenda ac custodienda q̃ luxuria fugiẽda a senibꝰ est.
Nam maximum profecto: hac præsertim in ætate dede
cus est: cibo potuq; bacchari: quod etiam in uilissimo
quoq; homine grauissimum sane crimen existimatur.
Diligant ergo senes religiosam potissimum sobrietatem
quæ omnium profecto uirtutum causa est: nã sicut ple-
runq; uino sopiti multa nefanda facinora: contra bo-
nos mores & honorem ac dignitatem suam committe-
re non erubescunt: quod intantum eorum honorem ac
famam denigrat: ut ab omnibus facile contemnatur: ita
sobrius senex maxima ex parte demolitis uiribus: ac se
nescentibus membris: ĩ sanum diuinumq; consiliũ trãs
mutatur: quod nobis ac reipublicæ cũctæ salutẽ: illi aũt
immortalem sæpius gloriam parat. Facilitas demum ac

liberalitas a senib9 minime spernēdæ sunt: nā & ī gra
uissimis uiris multū comitas approbať: & nō minus di
uinos homines munificētia reddere solet. Hæc quidē
cæsarē illustrem ac immortalem effecit: hæc Pompeii fa
mam toto orbe notissimā extulit. hæc Alexandrū Ma
cedonem: hæc Marcūantonium oratorem: hæc deniq;
plurimos alios īmortalitate donauit. Sed quid ego anti
quos refero? cum diebus istis Borsius Ferrariensiū dux
illustrissimus: cum maximæ miræq; facilitatis exemplo
cum pientissimæ cuiusdam liberalitatis splendore: ab
ortu solis ad occasum usq; ab omnibus principus & re
gibus facile notus: celebri laude ueneretur: miroq; amo
re ac beniuolentia complectatur? Diligant igitur se
nes liberalitatem: nec minus etiam facilitatem amēt: nā
ab omnibus facile diligentur & amabunť. Liberalitas
enī licet in cæteris ætatibus magna semper uirtus exi
stimetur: in senectute tamen maxima iudicari debet:
quoniam quo rariores reperiuntur qui ea utī uelint:
eo maiori honore & gloria digni reputantur: cum om
nes præcipue senes fœdissima quadam auaricia consu
mantur: quæ ob eorum prauam uoluntatem: nec copia
nec inopia minui potest. His igitur quattuor uirtuti
bus exornata senectus: aut in pontifice uel sacerdote
fulgebit: aut in aliquo milite seu exercitus imperatore
clarescet: aut deniq; ī reliquis oppidi splēdescet ordib9.

Quod si fuerit sacerdos uel pōtifex tali tanꝗ ꝓbata se-
nectute honestatus: post cætera que supius ad eū officia
diximus ꝑtinere: poterit quoqꝫ ī hac cōstitutus ætate a-
licui sancto opusculo cōcedēdo uacare: ex quo nō sibi sub
ditū tātū sacerdotiū: sed cæteræ quoqꝫ oues suæ fidei cō
missæ salutis uiā ꝓspicere possint. Sic quōdā Hierony
mus: qui ducenta supra uolumina nostrā in utilitatē &
institutionē senex admodū cōposuit. Sic Gregorius: sic
Ambrosius: sic deniqꝫ aurelius ille Augustinus: qui nō
solū sacris codicibꝫ christianā rēpublicā ubiqꝫ refersit:
sed studiosissimis ētiā quibusqꝫ uiris: quid semꝑ euolue
re possent: diuinissimi condonauit. Sic Nazāzenus: sic
Chrysostomus: ꝑmultiqꝫ alii: quoꝝ tam copiosissima ꝗ
facūdissima scripta nō sine summa sua gloria & fama
quottidie nobis in manibꝫ uersanē. Studeant deinceps
sacerdotes: ꝙ ī grauescētis ætatis demolitis mēbris in cō
siliū ꝑtrāsiuit: tū mortaliū animis: tum corꝑibꝫ liberissi
me cōdonare: ut & hoc in mūdo gloriā sibi pariāt īmor
talē: & nō minus manifestū cæteris exemplū relinquāt
quid sibi flaminia dignitas merito deposcat. Semꝑ li-
bris uacēt: semꝑ aliquid aut scribāt: aut legāt. Vel si for
te quapiā ægritudine uel alia necessitate īpediti: nec lē
gere nec scribere ualuerint: saltē legētes semꝑ audiant:
notēt: decerpāt: binis aut trinis deinde cōscriptoribꝫ sa
tisfacere studeāt: dū humane possint ībecillitati sua fa-

ciẽte lucubratiõe prodesse. Taceo reliqua pietatis opa quæ eo magis in flamĩe splendescere debẽt: quo cæteri sub eius regimĩe cõstituti magis in eũ coniectos debent oculos habere: unde suæ uitæ normã regulamq; elicere possint. At si miles uel cẽturiati exercitus impator: suspensis tholo phaleris militaribusq; in tẽplo affixis ĩsignibus ad tã moderatã senectutẽ animũ adiecerit. Cũ ciuiliũ hominũ duplex uita censeat̃: altera sagata quæ armis rempublicã tueat̃: altera togata quæ depositis telis cõsilio: prudẽtia: & auctoritate patriã regat: prima relicta: ad secundã læto uultu capessendã accedat: frequẽs in senatu uerset̃: tã publicas q̃ priuatas sæpius cõtiones & audiat: & ipe quoq; in patriæ salutẽ celebrare contẽdat: nõ labori: nõ uigiliæ parcat dũ reipublice prodesse possit. Appiũ siquidẽ Claudiũ imitatus: qui cœcus etiã in senatũ deduci uoluit: ut a pace cũ carthaginẽsib9 feriẽda romanũ populũ remoueret: ad quã mirũ ĩmodũ inclinatus erit. Et deniq; sic existimet se natũ bonus ciuis: ut ortus sui partẽ Platonico instituto patria partem amici debeãt uẽdicare. Eodẽq; pacto in reliquis ciuiũ ordinib9 bene morata senectus institui debet: ut nihil scilicet sibi pulchrius: nihil honestius existiment posse cõtingere: q̃ nõ opes solũ: sed etiã ipm sanguinẽ p patria libertate pfundere. Sic enĩ ciuitates: sic oppida: sic regna: sic impia: nõ tantũ in pace seruant̃: sed etiã miri

fice augent. Sed post hæc omnia illud in uniuscuiusque optimi uiri pectore insitū esse debet: ut nihil aut priuatim aut publice fiat: quin illud totū in firmissimo sanctissimæ religionis fundamento roboret: hoc enim pacto nullum unq̄ aut dictum aut factum frustrari poterit quod suum & ꝓportatū nō sortiat effectum. Hoc in loco finē desideraret opusculum nostrum uiri ꝑcipui: nisi illud etiā scribendum mihi ratio ipa ꝑsuaderet: quod bene aut male actæ uitæ testimoniū ꝑhibet: Nihil enim hoc in mundo nascit: nihil exorit: nihil denique a prima sui origine auget: quod ꝑpetuum sit & immortale: sed ut historicus ille testat: oīa orta occidunt: & aucta senescūt: aut sicut in baccis arboꝝ uidemus: quæ primo uirides exiguæque nascunt: deinde paulatim succedentis tēporis spacio ad maturitatē accedunt: & nisi suo tēpore colligāt: ꝑ se ipē decidūt & arescūt: sic in corporibus humanis quod minime miꝝ est quotidie solet euenire: quæ scilicet primū exorta ad uiriditatē quampiā accedunt: deinde succedētibus annis paulatim ingrauescunt: & mutata uiriditate ad caniciē tendūt: mox debilitata & cōsumpta: quū maturitatis tēpus aduenerit: & colliguntur & ꝑ se ipa decidāt: necesse est. Sed iste ideo laudabilior finis: q̄ præcedens ætas existimat: quia ex hoc nō obscure cognoscimus: quid exacta hoīs uita ualuerit: quā cū difficilimū quidem sit: ut supius dictū

est: bene laudabiliterque gerere: nec minus profecto diffici le relinquetur: etiam hunc finem taliter moderari: ut ex illo præterita facta laudentur.

DE MORTE.

Quum itaque superioribus institutus bene moratus uir cuiuscumque fuerit ordinis ille se ad occasum iam peruenisse cognouerit: itaque sibi nature legibus concedendum uiderit reliquæ huius uitæ institutionem in tres potissimum partes diuidat: necessum habet. Obiicitur enim ægrotantibus mem bris ad extremumque tendentibus limen: & bonorum & cor poris & animæ cura minime post habenda. Ut igitur a no biliori incipiat: Quum primum honestissimus senex gra uem in quempiam morbum inciderit: unde sibi & saluti suæ periculum timeat: quod facile: tum ex insueto morbi ge nere: tum ex eius grauamine intelligere poterit: tunc si bi hæc tria ante oculos proponat: quibus ante ultimam ho ram consulere nitatur: si quod reliquum est bene actæ uitæ palmam consequi uelit: ut scilicet primum animæ consulat deinde bonis quæ familiæ suæ conseruationem respiciunt: postremo corpori: quod imbecillissima tanquam sarcina reli ctum iam dissolui atque in sua elementa redire cupit. Aduo cetur: ergo doctissimus sanctissimusque sacerdos quispiam qui egrotantis delicta & summa cum diligentia excutere: & non minore prudentia expiare possit: apud quem depo nat egrotus quæcumque piamina animam suam offendere sen

ſerit: doleat ea patraſſe: diſponatq́ impoſterum uictuꝛus ab eis penitus abſtinere: omnemq́ pœnam libentiſſima fronte pro ipſorum expiatione ſubire. Quo tam religio ſiſſime ꝗ̃ ſanctiſſime peracto aduocetur tabellio: tum prudentia & conſilio: tum uitæ ſanctimonia probatus: apud quem ultimam ægrotus uoluntatem exponat: primum quidem exequiis: ſepulchro ac orationibus: cæteriſq́ charitatis operibus: pro manibus ſuis faciendis: pientiſſime conſulens. uxoris deinde ac filiarum (ſi quas habuerit) pudiciciæ prouidens: demum filiis: fratribus: cæteriſq́ affinibus: cognatis: amicis: bona ſua tali prudentia partiens: ut & gentilicium potius patrimonium augeatur ꝗ̃ minuatur: & poſt obitum ſuum: nullam inter poſteros diſcordiam relinquat. Tunc taliter inſtitutus corporis medicum aduocet: cui debilitata membra: morboq́ conſumpta commendet: & ne ſui ipſius unquã homicida putetur: illi penitus in omnibus pareat: illi obtemperet: nullum eius præceptum iuſſumue poſt habeat: ut ſi diuinæ placitum fuerit maieſtati: ſicut Ezechiæ condonatum eſt: itidem experiatur ægrotus uitæ terminum ulterius prorogare. At ſi natura depoſitum poſcere uoluerit: non repugnet ægrotans: ne gigantum more Iouem de cœlo pellere uideatur: ſed omnibus ſacris munitus: quæ pontificalis noſtra religio petit: deo reddat libentiſſime quod accepit: ſinatq́ quattuor eſſentias: quæ

satis superq; concordes fuere: nunc discordantes in suum quandoq; transire principium. Hoc enim pacto nō humanus sed diuinus poterit uir ille merito nuncupari: qui & sic inter mortales honestissime uixerit: ex tam gloriose decurso per huius mundi fallacem hippodromum spacio ad superos conmigrarit. Huic non terribilem dicemus fuisse mortem: sed placidam potius quiætem. Mors enim stoico instituto terribilis est iis: quorum cum uita omnia extinguuntur: non iis quorum laus emori non potest: hinc non immerito pro talis uiri obitu non dolendum: sed letandum potius iudicabimus: & quod ab æterna illa maiestate factum fuerit: recte factum existimantes: hilari uultu cum phalaride: agrigentinorum tyranno clamabimus. Hic irreprehensibilis mortuus in pulcherrima gloriæ figura locatus est. Iam deo annuente excellentissimi reguli: ad suum finem deductum est opus nostrum: quod licet a me nulli quærendum esset: in quo parum facundiæ: parumq; grauitatis esse scio: cuiq; potius aliena perlegere: & ex iis doctior fieri: q̄ aliis scribere necesse est. Ea tamen charitate cogente: quæ hominem homini natura conciliare solet: & uobis scribere & filiis uestris qualiacūq; fuerint scripta nostra condonare uolui: non quia uestræ prudentiæ diffidam: quæ multo sapientius eos regere potest: sed quia fortasse maioribus impediti negociis: ea quæ leuiora ui-

denrur: aliquando post haberis: unde puerorum ætas ta cite crescens: absq; prima quandoq; institutione pertran sit. Quod ne fiat cauere studens: hanc uobis lucubrati uncula͂ meam elargior. Vos eam tali fronte suscipiatis quali elargitam existimare potestis Quod si (ut spero) feceritis: maiores mihi in dies scribendi uires suppedi tabitis: quibus enixe conabor: semper optatis uestris q̃li bentissime esse paratus.

IACOBI PVRLILIARVM COMI TIS DE GENEROSA LIBE RORVM EDVCATIO NE LIBELLVS FAV STE FINIT.

ACCVRATISSIME IMPRESSVM TARVISII PER GERARDVM DE FLANDRIA. ANNO SALV TIS. M. CCCC. XCII. DIE. XI. SEP TEMBRIS. SVB MAGNIFICO PRAETORE AVGVSTINO FOS CARINI.

.XVII.

FRANCISCVS NIGER VENETVS: DOCTOR: IACOBO .N. EXCELLENTISSIMO PVRLILIARVM COMITI: VIRO DOCTISSIMO: AC VTRIVSQVE HVMANITATIS PARENTI: FOELICITATEM.

m Ortalium plurimos apud maiores nostros immortalitate donatos fuisse legimus: Iacobe uir clarissime: seu illos praeclarissimarum ciuitatum fundatores pspexissent: seu alicuius ardui facinoris inuentores: quod uires humanas excederet: admirarentur. Hinc osyridem primum: qui Heliopolim mirabilem urbem in aegypto condidit: solis numen habuisse uoluerunt. Dionysium quoque quod nysacam ciuitatem: mortalibus quidem mirandam dederit: liberi patris diuinitate afflatum dixere. Simandium itidem tam ardui monumenti conditorem: ogdoum praeterea: pyramidum miracula molientem: deorum honore non immerito coluerunt. Ast si quis in humanum genus beneficia contulisset: aut rerum nouitate: aut earum necessario usu patefacto: is tanto maiori uidebatur religione colendus: quanto dignior & rebus insensibilibus: & caeteris animantibus est homo: cui consulere: cui suppetias ferre: cui denique salutem dare: hoc solum est in diuinam uitam transire: hoc solum ad deos ppius accedere. Sic Vulcanus: qui primum egyptiis

a fulmine ignē dedit. Sic Mercurius qui facūdis cōtio-
nibus suis: a pecudū uita ad humanū cultū rudes popu
los atq; siluestres deduxit. Sic & cæteri ꝑmulti qui om
nes diuinitate merito sunt donati: quod eorꝝ quisq; sin
gulari quodā beneficio mortaliū uitā pientissime sunt
tutati. Sed horum nō ab re etiā deorum aliquos superos
nōnullos inferos: reliquos autem medioximos appella-
uere: prout collati humanam in rempublicā beneficii
pondus erat. Quæ quum ego una ex parte mente reuol
uo: ex altera uero quum scripta tua considero: quæ non
solum (ut aiunt) rhomanissant: sed etiam mirꝝ in modū
thebanissant: hinc enim Socraticos adeo mores sapiūt ut
nihil quod ad eos pertineat: in iis prætermissum iudicē
illhinc autem maiorum illorum quos omnis merito se-
quitur academia: adeo facūdiam: cum grauitate mixtā
redolent: ut non purlilianum hominem: sed rhomanū
potius audire uidear. Et merito quidem (quod nō ꝑpen
deram) rhomanum dixerim? nōne enim Iulia est patria
uestra? nonne rhomanorꝝ & dignissima quidē Colo-
nia? Et tu quoq; nonne inter cæteros conterraneos tu-
os tanquā purum lilium: quod cognomentum tuum so-
nat: merito candescis? In hanc igitur dubitationem in-
cidere cogor: ut quo in deorum ordine numen tuum
constitutum affirmem: (hoc unum haud dubium est te
iam diuum esse:) id mihi profecto difficile sit. Ma-

gnum est profecto munus a beluis ad humanos ri-
tus siluestrem populum traxisse: quod Saturnus Mer-
curiusq; fecere. Sed non minus profecto negocium:
humanum uirum diuinis moribus instituisse: quod tu
tam copiosissime quã utilissime in tuo hoc opere feci-
sti. Immo illud ausim affirmare: hoc potius diuinum
opus esse: illud humanum: nam quo dignior corpore
est anima: quæ tali tuo codice instituitur: eo nobilius
& excellentius est opus: unde tale beneficium manat
Licet igitur etiam alias: tum naturali uirtute: qua ful
ges: tum ea quoq; disciplina: quam ex arte conquisi
uisti: satis amplam tibi & meritam quidem diuinita
tem comparaueris. Vnde præter illud: quod iam a pri
uata uita ad publicam pertransisti: in Heroumq; nu
mero nostri temporis ascitus es: quos sine accusatione
diuos appellamus. In splendidissimo maiestatis tuæ solio
faustus sedes: omniaq; tuæ ditioni subdita tali sapientia
moderaris: ut omnes merito in te coniectos oculos habe
ant: quibus tanquã lucidissima stella splendescis. Non
facile tamen iudicãdum relinquitur: quo potissimũ nu
mine nobis compellandus accedas. Soliti nãq; sunt di
ui: multa quãdoq; sibi numina uẽdicare: habito non si
ne causa ad eas potestates respectu quibus humão gene
ri facile opitulãtur. Hinc Iunonem reginam: curretem:
lucinam: pronubam: ĩfernamq; dicimus: & Apollinem

modo:modo solem:modo liberum patrem phœbum nũ
cupamus. Ad te autem quum animum adiicimus:aliud
ex regno:aliud ex moribus: aliud deniq; ex literaria
disciplina numen scintillat. Sed quod a moribus san
cta quoq; religione:quæ in te est:non obscure fulgescit
id tanto te nobis diuiniorem reddit:quanto magis ui-
tæ nostræ hæc tua necessaria est institutio: quæ a tali
tuo numine proditur. Deductis igitur ad sua tempora
suasq; potestates cæteris numinibus tuis: hoc ethicum
solum in præsentia salutabo: cui & aram flaminẽq; eri
gere:& uota reddere decet: quandoquidem tantam li
beris nostris utilitatem adiecit: ut unde maiorem spera
re possimus:nõ habeamus. Huic ego:inter reliquos uer
naculos minimus: me totum:meaq; omnia & trado &
dedo. Fac de me quum uolueris periculũ:inuenies pro
fecto non minus re q̃ uerbo fidelem. Vale humanæ lin
guæ decus splendor:& præsidium & dulce decus meũ
Ex Patauina utriusq; philosophantium porticus aca-
demia: Rhomanæ urbis natalibus:solẽnibusq; palilibus
A dissoluto chao:primaq; elementorum concordia:olym
piadis ducẽtesimæ ac nonagesimæ septimæ anno q̃rto.

FINIS


RESERV


colorchecker CLASSIC
x·rite
mm